



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.
Libri Qvinqve**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1665

LXII. Moribunda S. Ignatij viso sanatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10840

Mariam Hieronymi Barardi vxorem Maiorice partus difficultas iam quatriiduum cruciabat , & cum medicis obstetrix , actum de illa censuerat quod vires iacenti deessent , ad foetum mortuum expellendum. Afferruntur ad illam sanctorum reliquiae , & in iis brachium S. Leonardi , ad emeritam illorum gratiam , sed hanc Deus S. Ignatij gloriae cedere voluit : infrente sermonem nescio quo de fortunatis ab S. Ignatio partibus , accersuntur mox e Collegio aliquae illius reliquiae , quas cum religioso affectu sibi imposuisset parturiens , mortuam post paulum eiecit pueram , conglobato , & putri iam corpore , ex quo tamen utroque nihil planè accepit detrimenti.

LX.

*Partus item
fortunatus.*

Mirabilius aliud Carpenteriorum in comitatu Veniesino factum. Matronam nobilem , diuturni iam partus torquebant dolores cum manifesto viræ discrimine : agebatur dies S. Ignatij quem canonicus , iacentis cognatus , pie veneraturus collegij templum adierat. Illic forte oculos coniicit in votiuam ex partu tabulam , visus sibi est doceri coelitus de ferendo , cognatae remedio : ad eam accurrit , iubet illi suo nomine inculcari , ut spem suam omnem in S. Ignatij precibus locaret : morem gessit suadenti , & peperit , sed deformem , monstrosum , sine sensu , ac motu foetum , nec satis liquido sacri fontis capacem. Fore tamen haudquaquam mutilam S. Ignatij gratiam , confisus canonicus , qui nostrum in templum reuertebat , sed æquè filio ut matri liberalem ; per se ac nostros precando urgebat , ut beneficio materno infantis sanitas cumulum adderet ; cum adest latetus qui domo nunciat insperato reuiuiscere infantem , & incertum quo modo pulchellum eusisse. Ita preces gratulatio exceptit , & p̄ij canonici aduersus S. Ignatium mirè crevit religiosa fiducia. Foret mihi scriptu difficile periculosos partus numerare quos S. Ignatius suo beneficio fortunauit , & parentes quibus liberos impetravit , utrumque Deo magnifice serui sui gloriam propagante. Habuit urbes quædam vel ab eo subscripta literis chirographa , vel ex eius reliquiis aliquid , quod in occasiones huiusmodi fete perpetuo circumfertur , cum manifesto , & prodigioso diuinæ opis auxilio.

LXII.

*Mirabilius
precedens.*

Leccij anno 1594. Patientia Simoniae ancilla crudelem in modum , ex renum incendio torquebatur , excrebaturque iam triduo cum pure sanguinem ; his acuta interuenit Febris qua in delirium , & in extrema redacta est : iamque illi funebria parabantur , cum heræ succurrerit experiri S. Ignatij preces , & merita , detractis sibi eius reliquiis frontem , & pectus ægrotæ consignat , fusisque pro illa ad sanctum precibus lecto reliquias appendit. Post quæ in somnum , quo pridem caruerat ægrotæ soluitur , videturque in somnis venerabili aspetto virum e Societate , à quo iubetur valetudinem à Deo postulare , futurumque omnino , ut eam reciperet. Fecit , ut poterat quod imperabatur : at intulit sanctus ; heram tuam moneto , ut de mea ueste quod tenet in scutio frustulum reuirientius habeat. His occupata audiendis cernendisque excitauit conserua , negotioli cuiuspiam causa , cui

LXII.

*Moribunda
S. Ignatij vi-
fo sanatur.*

III illa

illa magna voce parcat tibi Deus, inquit, somnium abstulisti, quo nullum videram in vita iucundius. Quamuis profsus haudquaquam somnium sit, resquidem vera sum sana, & valeo, lectoque mox surgens, visa, & audita heræ suæ narravit. Segmentum uestis frustra diu alibi requisitum in scrinio, ut Sanctus monuerat repertum. Ex quo licet coniici potuit quis mortem ab ægra morbumque depulisset, multo euidentius cum S. Ignatij obiecta sibi effigiè, illic agnouit eum ipsum esse quem dormiens viderat, fuitque illius cultui dum vixit maximè addicata.

LXIII.

*Transfuga à
Soc. & pœni-
tens. subito
ex peste sa-
natur.*

Ionas quidam Sacerdos Germanus; è Societate, ad Treuirensis Archiepiscopi obsequium transfuga, peste corruptus est, licet eius vitandæ gratia in arcem secessisset: illic vna eius vicem dolente anicula, omni præter illam subfido, & accessu priuatum, subinde vis morbi sibi eripere, subinde reddere obiectareque misero infelicissimum corporis, & animæ statum, cuius virtutibique remedium desperans, manum suomet ingulo violentam intendit; remque peregerat, nisi anicula cultrum insano abstulisset, prohibere tamen non valuit, quin se daret è fenestra præceps in subiectam saxorum congeriem. Ilic graui afflictum, & attritum casu, diuina bonitas, vitæ improbae, mortisque sceleratæ horrore perculit, aususque ad læsum, & desertum patrem oculos tollere, S. Ignatio omni fide promisit, si hoc defungeretur exitio, Romam se pedibus ad Franciscum Borgiam iturum, desertiōnis sacrilegæ exsoluturum pœnas, & repetitum infimis precibus Societatem ex qua profugerat, qua si indignus haberetur, serui saltem perpetui ministerium domi patribus nauaturum. Hanc promissionem cum lacrymis editam consecuta est subita valetudo, cui nec de confacti corporis obtritu, nec de pestilenti, qua necabatur luc quicquam superfuit; pauloque post Romanum cum Francisco Costero, soluturus quod voverat contendit.

LXIV.

*Colico, &
calculi do-
re libera-
ta.*

Elizabetham Calderoniam, colica tormenta, & calculi rabies sic discruciant, ut sepius anima destitueretur, cassisque iam medicaminibus fere malis confecta putabatur. Huic soror, nomine Maria, S. Ignatij imaginem obtulit, suasitque ut eius invocatione plurimum niteretur. Illa; ô beate Pater Ignati! qui tot ac tantis Gandiae splendes, & clares miraculæ, mihi quoque exorabilem te præbe, in te mea omnis spes recumbit. Voueo me si conualuero, altare tuum nouendali prece frequentaturum. Post quæ dicta confessim, dolore omni, quo tunc cruciabatur acerrimo, immunis, noctem totam tranquillè dormiuit, mane absque ullo punctionis sensu inopinato calculum eiecit è renibus, sanaque ac vegeta in templum nostrum venit, actura gratias, votique fidem præstitura.

LXV.

*Hydropica in
spora Man-
resana sanar-
tur.*

Agnes, Ioanne Tibaldo Manresæ nata, anno huius æui tertio, in dolij modum, ut testes loquuntur, hydropæ turgebat. Huius longa per annū & violenta, sed inanis plane curatio medicos adegit ab ea absistere. Fuit qui Matri auctor esset, portandam iuberet in specum S. Ignatij qui se tam facilem in audiendis precibus inuocantium præstaret. Paruit mater, & vicinas quinque sibi